

J.M.+J.T.

NOS FR. CAMILLUS MACCISE MACCISE, O.C.D.
PRAEPOSITUS GENERALIS FRATRUM DISCALCEATORUM
ORDINIS B. MARIAE VIRGINIS DE MONTE CARMELO
EIVSDEMQUE S. MONTIS PRIOR

QUUM per Bullas fel. rec. Nicolai V **Cum nulla fidelium**, die 7 octobris 1452 et Sixti IV **Dum attenta**, die 28 novembris 1476, indulta sit Superiori Generali Ordinis Carmelitarum, vel eius Vicario, facultas, perpetuo valitura, erigendi ubique terrarum Ordinem saecularem Bmae Mariae V. de Monte Carmelo, et per Bullas Clementis VIII **Cum dudum**, die 23 martii 1594 et **Romanum Pontificem**, die 20 augusti 1603, extensa fuerit eadem facultas ad Praepositum Generalem Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, Nos acceptis precibus ut erigamus Fraternalitatem nostri Ordinis saecularis in **Washington** in ecclesia Ordinis nostri sub titulo **B.V.Mariae de Monte Carmelo** in diocesi Washingtonen. piis huiusmodi petitionibus libenter annuentes praesentium tenore vi praefatae facultatis, ad normam can. 312 Codicis Iuris Canonici, potestatem facimus R.P. Bruno Cocuzzi, O.C.D. ut in superdicta ecclesia Ordinem saecularem Bmae Mariae Virginis de M. Carmelo in fraternalitatem nomine nostro erigat ad normam juris.

In quorum fidem dedimus praesentes litteras manu nostra subscriptas atque sigillo officii nostri munitas.

Datum Romae ex Aedibus nostris Generalitatis, die 22 augusti, 1991.

Reg. N. 6/91.

Fr. Camillus Maccise
O.C.D.

Praepositus Generalis

David Penwood

a secretis